

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 66. In sola utriusque speciei consecratione consistit essentia
sacrificii Eucharistici.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

De sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

185

absolutè, sed integer perseveret, desinat tamen in eis Sacramenti: nec in eo statu corpus Christi (sicut animatum) ipsis naturaliter movere potest, nec agere in corpora extrinseca.

CAPUT LXV.

Sacrificium Eucharisticum in ultima cena Christus instituit.

802 Pet ex dictis capite praecedenti, atque optimè explicat Concilium Senonense anni 1514. Decreto II. de sacrificio Missæ: Porro eti⁹ Christus, afflitti pro nobis Pontifex, non per sanguinem virorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem intravit semel in sancta, aeternā redemptiōne inventa: negaritatem non posse Sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech, ac proinde, ejus exemplo, sacrificium aliquod obtulisse, quod exteriori panis & vini formâ veteris illi Melchisedech oblationi responderet; erat enim Sacerdos Dei altissimi. Quod utique fecit in supremilla cœna. Nam accepto pane gratias egit, & fregit, deindeque discipulis suis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur; & ab Evangelio Sacerdotibus iugis observantia præcepit iterari: hoc facite in meam commemorationem. Hoc enim holocaustum, hec victimam pro peccato, hec hostia pacifica, hec iudei sacrificium, hec munda oblatio, quam in omni loco Malachias prædictis offerendam, cum dixit, quod repudiatis legis antiquae ceremoniæ, ab orto Iohannis usque ad occasum, magnum est nomen Domini in Gentibus.

CAPUT LXVI.

In sola utriusque specie consecratione consistit essentia sacrificii Eucharistici.

803 Unt qui putant rationem sacrificii Eucharistici absolvit in sumptione seu Communione. Alii in consecratione & sumptione simul. Alii superaddunt oblationem. Sed assertio nostra est sancti Thomae q. 82. a. 10. in corpore, & ad 1. & q. 82. a. 4. ubi dicit, Sacerdotem per illa verba: *supra qua propiti⁹, &c. (quæ Sacerdos dicit latim post consecrationem) petere ut sacrificium peradūm, sit acceptum Deo.* Et probatur 1°. quia non consistit in oblatione expressa & vocali, distincta à consecratione; neque in sumptione seu Communione. Igitur in sola utriusque specie consecratio. Probatur prior pars antecedens, quia talis oblationi nullibi prescripta legitur in sacrificiis veteris legis; imo ne Christus quidem eam fecisse legitur in sacrificio crucis. Igitur non est de ratione sacrificii.

804 Probatur etiam posterior pars, quia de omnibus sacrificiis legis aliquid non comedebatur (ut patet in holocausto, quod totum comburebatur, & vino, quod in terram effundebatur) nec comeſio requiriuit ad salvandam destructionem, in ratione sacrificii sumptum, prout n. 801. & 803. vidimus; nec Christus, cruentus in cruce immolatus, comedens fuit; nec fatus constat, an in ultima eocenepsum comederit. Id enim sicut non negemus, imo cum Hieronymo affirmemus, non legimus in Evangelio. Neque id ex traditione habetur. Et tamen sacrificium integrum certissime perfecit.

805 Probatur 2°. quia Christus dicendo, accipite & comedite, *hoc est corpus meum*, accipite & bibite, *hic est sanguis mens*, &c. sacrificium obtulit; & addendo: *hoc facite in meam commemorationem*, Apollitos novæ legis Sacerdotes instituit, prout Tridentinum definit scilicet 22. c. 1. sed hoc totum dixit ante sumptionem: ergo sacrificium obtulit, & Apollitos Sacerdotes instituit,

Tom. III.

ante sumptionem. Deinde Gregorius Nyssenus orat. 1. de Christi Resurrect. Pilati sententiam (inquit) consilio suo anteverit, & arcane sacrificii generi... seipsum pro nobis hostiam offert... Quando id praesul? Cum corpus suum discipulis edendum, & sanguinem bibendum prævenerit, tunc (igitur ante sumptionem) aperte declaravit, Agni sacrificium jam esse perfectum (exhibendo scilicet corpus suum, sicut animatum, idoneum ad edendum, & sanguinem idoneum ad bibendum, sequitur enim) nam videlicet corpus nec est ad edendum idoneum, si animatum sit. Quare cum corpus edendum, & sanguinem bibendum discipulis exhibuit, jam arcana est non appetibili ratione corpus eras immolatum. Ecce Nyssenus afferationem nostram perspicue docet, & destrucionem in hoc sacrificio requiritum explicat uti nos supradicimus. 801.

Ante Nyssenum Irenæus l. 4. c. 32. sacrificii rationem in consecratione positam fatus aperitè declaraverat, dicens: Discipulis suis dans consilium offerendi... cum qui est ex creatura panis, acceptis, & gratias egit, dicens: hoc est corpus meum. Et calicem similius... suum sanguinem confessus est, & sic novi Testamenti docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apollinis accipiens offert Deo in universo mundo.

3°. in consecratione Eucharistiae tria sunt, in quibus factio veri & realis ratio confitit. Primum profana fit sacra. Panis enim, res aliqui terrena & communis, per consecrationem vertitur in corpus Christi, & vinum in sanguinem, rem utique omnium sacratissimam. Secundum in consecratione res illa, sacra ex profana effecta, Deo offertur, dum super altare Dei collocatur. Nam victimam in altari per verba consecrationis ponere, est re ipsa illam Deo offerre. Ipse namque consecratio ex Christi institutione oblatio est Deo facta, & Sacerdos intendens facere quod Christus fecit per consecrationem, eo ipso offert Deo rem consecratam, utpote quam Christus tamquam principaliter consecrans eo ipso principaliter offert. Tertiò, per consecrationem res quæ offertur ad veram, realē & sensibilem mutationem & destrucionem ordinatur, dum ad etum & porum destinatur. Atque hoc pacto non deest hic moralis destrucciónis, sufficiens ad rationem sacrificii: maxime cum ipi quoque addatur realis & substantialis destrucciónis adjunctio, live in pane & vino, ex quibus Christi corpus & sanguis efficiuntur, & accipiunt formam cibi & potius.

Denique in ea actione posita est essentia sacrificii Eucharistici, quæ maximè fit in persona Christi; quandoquidem Sacerdos, dum sacrificat, sic agat in persona Christi, ut ipse Christus fit principalis sacrificans. Sed consecratio est quæ maximum fit in persona Christi. Quia in consecratione sic loquitur Sacerdos, quasi esset ipse Christus. In sumptione vero Sacerdos non agit in persona Christi: quamvis enim se tradat ad edendum & bibendum, sicut se tradidit ad crucifigendum; ipsa equidem consecratio non magis fit in persona ipsius, quam crucifixio: neque enim Christus est qui principaliter manducat, neque manducatio fit nomine ipsius, sed proprio nomine Sacerdotis, tamquam principalis manducantis. Ea quippe iusta sunt in persona Christi, tamquam principalis agentis, in quibus Christus est qui principaliter agit per hominem, tamquam Vicarium, Legatum & Ministerum suum, vice ipsius agentem. Dum vero Sacerdos Eucharistiam sumit, Christus non est qui principaliter sumit per Sacerdotem, tamquam Vicarium, Legatum & Ministerum suum, vice ipsius sumente. Ergo sumptio non fit in persona Christi.

Consecratio vero utriusque speciei id est de essentia sacrificii, prout à Christo institutum est, quia ex Christi institutione expressam repræsentat.

A a

tionem exhibere debet sacrificii cruentum in cruce peracti, iuxta illud: *Hoc facite in meam commemorationem*. Consecratio vero solius panis non exhibet representationem expressam sacrificii cruenti; sed ad hoc addenda est consecratio vini. Dum enim panis & vinum seorsim consecrantur, quantum est ex vi verborum corpus ponitur separatum a sanguine, & sanguis separatus a corpore (prout in cruce sanguis exstitit separatus a corpore, & corpus separatum a sanguine) siue utraque consecratio exhibet expressam representationem cruenti sacrificii. Et quidem sanguis seorsim consecratus expressius passionem Christi representat, iuxta illud S. Thomae q. 78. a. 3. ad 7. *Sanguis, seorsim consecratus à corpore, expressius representat passionem ipsius Christi.* Et ideo postus in consecratione sanguinis sit mentio de passione Christi, & finitum ipsum, quam in consecratione corporis.

§10 Ceterum eti sumptio non sit de essentia, est tamen de integritate sacrificii Eucharistici, & de necessitate praecipi divini, id est Ecclesia utique adeo sollicita est ut consecratio sine sumptu ne non fiat, ut si Sacerdos post consecrationem deficiat, velut ab alio Sacerdote, tamet non jejuno, Communionem & Missam peragi: nimirum ut impius praecipit divinum, & sacrificium sit integrum, sive habeat omnes partes suas, neddum essentiales, sed & integrales. Quo senti Concilium Tolestanum can. *relatum de Consecratione* dicit. 2. *Quale (inquit) eris illud sacrificium, cuius ipso sacrificans particeps esse cognoscitur?*

C A P U T L X V I I .

Sacrificium Eucharisticum, seu Missa, non solum est latreuticum & regratiorium, sed & propitiatorium, & imperitorium pro vivis & defunctis.

§11 *E*st de fide contra modernos haereticos, quibus anathema dicit Tridentinum fcc. 22. c. 3. Si quis dixerit Missa sacrificium tantum esse laudis, aut grassarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificii in cruce peracti; non autem propitiatorium, vel solum prodeesse sumenti, neque pro vivis & defunctis, pro peccatis, penitentias, satisfactionibus, & aliis necessitatibus offerri debere, anathematizat.

§12 Enimvero si sacrificia veteris legis fuerint non solum latreutica & regratoria, sed & propitiatoria & impetratoria pro vivis (ut patet ex Levit. 4. & 7.) atque etiam propitiatoria pro defunctis, ut constat ex 2. Machab. 12. quanto magis excellensissimum sacrificium novae legis, per quod Deo praestantissimum exhibetur cultus, quodque infinitè magis valet ad gratiarum pro beneficiis acceptis actionem, ad novorum beneficiorum impetracionem, atque ad propitionem, quam vetera illa sacrificia, quæ hujus nonnisi umbras fuerunt?

§13 Libro 2. Machab. c. 12. Judas Machabeus legitur iustissime offerri pro militibus occisis sacrificium. Et additur: *sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.* Et revera esse peccata, quæ in hoc saeculo non solute, solvuntur in futuro, libro sequenti probabitur ex Evangelio. *Sed etiū nūquam in Scripturis omnino legeretur, non parva tamen est universa Ecclesia, quia in hac coniunctuane claret, autoritas,* inquit Augustinus lib. de cura pro mortuis. Legitimis autem testimoniosis demonstratur istam fuisse perpetuam & univeralem Ecclesie confitudinem, ab Apostolorum tempore, pro defunctis orare, & sacrificium altaris offerre. Id enim testantur antiquissimæ Liturgiæ Jacobi, Clementis, Bafili, Chrysostomi, Ambroxi, &c.

Testantur & Patres omnes. Dionysius de cœ. 814 festi Hierarch. c. 7. dicit suffragiis viventium defunctos juvari, narratque morem primitivæ Ecclesiæ orandi pro ipsis. Tertullianus de corona militis c. 3. *Oblations* (inquit) pro defunctis annua die facimus. Cyrilus Hierosol. Catech. myslag. 5. *Rogamus te, in quaue, nos omnes, & hoc sacrificium tibi offerimus... pro omnibus qui inter nos vitâ sancti sunt, maximum effe credentes amarum iuvamen, pro quibus offertur precatio Sancti illius & tremendi, quod in altari posuit episcopu[m] sacrificii. Testatur & Augustinus verbis relatius adhuc, quod constituto ad altare orandi pro mortuis, ab Apostolis inchoavit. Idem tradit Darsasius, in quadam sermone de suffragiis mortuorum, sic dicens: mysteriorum consci[us] discipulus Salvatoris, & sacri Apostoli, in tremendis & vivificis mysteriis memoriam fieri eorum qui fideliciter dormierunt, sanxerunt. Non temere ab Apostolis hec sancta fuerunt (ait Chrysostomus hom. 69. ad pop. Antioch.) ut in tremendis mysteriis defunctorum agatur commemorationis. Sacrificium (ait Ilidorus l. de Offic. Eccles. c. 18.) pro defunctorum fidelium requie, vel processiorare, quia per totum hoc Orben custoditur, credimus quod ab ipsis Apostolis traditum sit.*

Atqui vacare, id est in vacuum credere, non sit potest, quod universa pro defunctis orat Ecclesia, ait S. Paulinus apud Augustinum loco citato. Et Augustinus ipse l. 4. de bapt. contra Donatist. c. 24. *Quod univera tenet Ecclesia, semper tenet, nec Concilii institutum, sed semper retinetum est, nonnis ab autoritate Apostolica traditum certissime creditur.* Ideoque intantissima iniania esse dicit redargere, quod universa per Orben frequentat & semper frequentavit Ecclesia.

Augustino consentit Epiphanius hæret. 75. il. 815 lum Ecclesiæ ritum commemorans, & utilissimum esse offendens, restaturque, quod Ecclesia traditum sibi ritum illum à Majoribus accepit. Potestne vero quicquam maternam funditionem, aut legem Patris evicerere? Quemadmodum à Salomon scriptum est: audi fili sermones Patris sui, & ne dimittas legem Matris tuae. Quibus Patrem, hoc est unicenitum Deum, cum Spiritu sancto declarat, patrem scripto, partim sine scripto docuisse. Matrem vero nostram Ecclesiam decreta quedam habere penes se, que dissolvi evertique nequeunt. Quibus quicunque contradixit, semper haereticus habitus est. Cuius exemplum idem Epiphanius in hac ipsa materia ponit in Aetio, qui (ut narrat in Anacephaleo sua) olim damnatus fuit ut haereticus, eò quod negaret sacrificium pro defunctis esse offerendum.

Si petas an Missæ sacrificium, pro animabus purgantibus oblatum, habeat effectum infallibilem, atque ex opere operato respectu animarum pro quibus offertur?

Respondeo (cum Cajetano opus. 1. tr. 16. Melchiorre Cano, Dominico Soto & aliis) negativè, sed effectum pendere ab acceptatione divina. Deus autem pro illis dumtaxat animabus Missæ sacrificium oblatum acceptat, illisque prodesset vult, quæ in hac vita meruerunt, ut hoc sibi post mortem prodeat possit, ut Augustinus docet Enchirid. c. 110. Neque negandum est defunctorum animas prætate suorum viventium relevari, cum pro iis sacrificium Mediatoris offertur, vel eleemosyne in Ecclesia fiunt. Sed hec ei profunt, qui, cum viventer, hac sibi ut postea prodeat possint, meruerunt. Illud autem meritum specialiter comparant animæ illæ (autem laudati Doctores) quæ multum in vita sollicitate fuerunt ad fauorisandum pro suis alienisque peccatis, habueruntque speciale devotionem ad Ecclesiæ claves, sicutque suffragiis pro postea fideiibus defunctis conata sunt prodeire.